Thōmās Serrārius




Tamen nōn es nunc calidior.
Aliquī dē nōbīs caput sub antliam fīxērunt. Etenim meum adhūc madet.
Estō, sī enim aquam in caput tantum hausissēs, opus tibi nōn fuisset collāre resolvī ubi ego suī quod etiam sūtum est. Persuāsum enim habēbam tē, mūniīs lūdī neglēctīs, natātum īvisse.
Mātertera Miryam, nōnne fīlō albōcollāre ejus suistī?
P... potuit id nigrum ā sōle reddī, quidnī?
Attat!
Tū potes et sānctum virum ad īrācundiam concitāre!
Postrīdiē
Diē Veneris mūnīīs neglēxistī, diē autem Sāturnī dealbābis.
Num illa pergrandia sæpta?
Tota vērō!
Dīcam sodālibus nōn licēre tibi natātum īre! Valē, ō Thōmā!

Fluviō cēdite! Sum enim nāvis vapōrāria Missūrius Magnus! Rectā Lūdovīcōpolin! Citātō gradū!
Ego quidem natātum eō, tū autem vidēris certē labōrem præferre!
Quidnam labōrem appellās? Enimvērō hoc Tōmæ Serrāriō convenit!
Age nunc, jocō gaudēs!
Numquid cotīdiē ānsa puerō datur ad sæpta dealbanda?
Audī, sine mē dealbāre paulum!
Nōn. Nam sī interior pars esset, nihil istud ego morārer, sed mātertera Miryam nimium dē exteriōre cūrat.
Dīligenter agam. Obsecrō tē. Tibique dabō mālum hoc.
Estō, nam volēbam mālum! Ecce! Sed quam celerrimē antequam dē sententiā dēcēdō.
Multīs sæptīs post...
Ō mīser Jōsēph, quī dealbās sæpta aliēna!
Vah! Nescīs quid dēlectātiō sit! Fēlīx enim sum, tempus ā Thōmā mercātus!

Tibi dabō dracōnem meum volāntem ut sequar!
Tertius ego, ō Thōmā! Ecce duodecim nucēs!
Habeās grātum mihi collāre canīnum!
Mox autem...
Mātertera Miryam, mātertera Miryam!
Quid hoc negōtiī est? Nōnne dāns tē labōrī omittēs quemquam?
Omnia dealbāta sunt, ō mātertera Miryam, et vērō trīs inalbāta
Nunc cavē, ō Thōmā, nē mihi mentiāris! Quod sustinēre nōn possum.
Estō, aspice!
Nōn ego umquam... Nihil contrādīcendum! Cum tibi libuit, potes labōrāre. Abī et lūde! Quod pretium rēctī.
Natātum īvī. Mundus sum et refrigerātus!
Mātertera Miryam, mātertera Miryam!

Mātertera Miryam!
Per Jovem! Nōlī cūrāre, ō cārē Dionȳsī. Licet enim tibi vestītum candidum induere. Manē autem dōnec capiam Tōmān istum domum reversum.

Salvē, ō Amāta! Ubi fuistī? Nam postquam pactum nūptiāle fēcimus, tē nōn videō.
Habuī quidem pustulās, valeō autem nunc!


Quis est quī sē collocat illīc?
Audīvī mam-mam dīcentem eum novum jūdicem esse!
Collocō


Ecce stulta fīliola eōrum! Quam vīlis! Mamma mīsit mē ut lūderem cum eā, ego autem nōn potuī. Turpior enim est! Nēmō proximōrum eam dīliget.
Ō Amāta, compertum-ne habēs tē ā pustulīs convaluisse?

Enimvērō quid negōtiī?
Quia exīlior vidēris. Quæ sunt illæ duæ maculæ surrubræ super genā tuā? Fortasse rhūs est.


Maculæ? Mamma, mamma!


Rebecca,ō Rebecca!
Veniō, ō mamma!
Thōmās habet amīcam! Thōmās habet amīcam!
Diē Dominicā
Ecce jūdex Strāmentārius! Audiō eum Biblia, cuicumque sat tesserārum sibi comparāverit, dōnātūrum esse.
Nōnne Rebecca in mē lætētur, sī videās patrem Biblia mihi dōnantem?

Ō Frederīce, recipiēsne nucēs quās prō dealbātiōne dedistī mihi? Dabō enim tibi eās prō sex cæruleīs et sex flāvīs tesserīs.

Furis. Tibi dābō quattuor cæruleās et quattuor flāvās.

Trāde igitur! Ō Jacōbe, rūrsusne mūtābis glycyrrhīzam tuam prō aliquot tesserīs?

Licetne mihi mūtāre ut recipiam

Hercle, ō Thōmā!

collāre canīnum meum?

Post paulō

Animum attendite. Nam hodiē vir honōrātus nōs vīsit, magistrātus cīvitātis nostræ nūper ēlēctus, jūdex Tector.

Ō jūdex Tector, quotiēs ūnus ē discipulīs nostrīs versūs Scrīptūræ duōs discit, tesseram cæruleam accipit. Centum autem tesseræ cæruleæ præbent eī flāvam ūnam. Decem autem tesseræ flavæ dānt Biblia pulchra. Donēs ideō hæc Dionȳsiō Serrāriō, cui, putō, sat tesserārum sunt!

Ecce, domine!

Septem, octo. Doleō, Dionȳsī. Nam opus tibi est alium diem expectāre quia duæ tesseræ tibi dēsunt.

Mīrābile audītū! Quia nōn dēerant mihi introeuntī.

Numquid adest alius quis doctus duo mīlia necessāriōrum versuum?

Ō domine Hiems, parātus sum ad Biblia habēns sat tesserārum!


Tū habēs sat tesserārum! Estō, videāmus nunc, novem, decem! Dignus est Bibliōrum, ō jūdex!
Estō, ō pulchre juvenis, quī vocāris?
Thōm
Dīc virō alterum nōmen tuum, ō Thōmā, dīcēns dominus!
Dominus Thōmās Serrārius.
Duo mīlia versuum sunt multa! Numquam vērō tē pænitēbit ēdidicisse! Sine dubiō scīs omnēs duodecim apostolōs, dīc autem nōbīs quī prīmī duo discipulī fuerint.
Respondē jūdicī, ō Thōmā, nōlīque timēre!
Terrētur miser! Crēdō autem eum nōbīs dictūrum esse. Nam nōmina duōrum prīmōrum discipulōrum erant...
...Adam et Ēva.
Diē Lūnæ
Thōmā Serrārī, nunc quārē sērō vēnistī? Fortasse tibi placuerit apud puellās sedēre?
Minimē, domine Clāre!



Dum omnēs aliī multiplicātiōnēs in pugillāribus ēlabōrant, Thōmās scrīptum ab ipsō aliquid contegit nē Rebecca videat. Quæ tandem cupidior discendī facta manum ejus abstrahit.



Ō Rebecca Strāmentāria, aspice mē! Tūne hoc dēscrīpsistī?
Immō ego, ō domine!
Vicissim multiplicābis neque dēscrībēs!
Heu!
Quī tam fortiter tē gessistī?
Exeuntibus...
Ō Rebecca, umquamne pactum nūptiāle fēcistī?
Quid hoc reī?
Nam pactum nūptiāle significat tē nēminī nisi mihi nūptūram esse. Vīsne ergō pactum nūptiāle facere?
Exīstimō. Nesciō. Cui hoc simile?
Simile? Immō nihilō simile! Meministīne quæ in pugillāre scrīpserim? Quibus vērō inter nōs dictīs, fit pactum nūptiāle nostrum!
Licet, nōn nunc sed aliō diē, crās!

Obsecrō, ō Rebecca! Ego quidem lēnissimē susurrābō: tē amō. Tū autem nunc susurrā!
Āverte vīsum nē aspiciās!
Tē amō.
Nunc omnia ācta sunt præter ōsculum!
Nōlī timēre, Rebecca! Ecce, nihil est!
Numquam dē pactō nuptiālī audīvī! Quam suāve!
Hilare sī quid aliud! Cum ego et Amāta Lārentia pactum nūptiālem
Amāta Lārentia! Nōn ergō sum prīma cui umquam pactus fuistī!
Nōlī flēre, Rebecca! Jam abhinc diēbus trīgintā factum est! Aspice! Dabō tibi mārculum æneum hunc!
[Singultus] Abī!
Ecce, Rebecca, accipe rem meam pretiōsissimam!
Attat!

Rebecca!
Avē, ō Bacche! Ad quam rem fēles mortua bona?
Ad verrūcās cūrandās!
Num ad verrūcās cūrandās?
Mediā nocte fers fēlem in sepulcrētum ubi homō nēquam sepultus est. Cum diabolus vēnerit ut auferat eum, fēlem tollēns, "ō fēles," ais, "sequere diabolum, ō verrūcæ, sequiminī fēlem, nam rem vōbīscum habuī!"
Quandō hoc tentābis?
Hodiē sepeliunt senem Hōrātium Villelmī, hominem hīc nēquissimum ex eō pappam meum ab urbe expulērunt. Cēnseō diabolum eum vesperī persecūtūrum esse. Utrum ad sepulcrētum ībis an timēs?
Ecquis timet?
Bene, ego abeō piscātum. Melius vērō tē ad lūdum redīre. Mediā autem nocte ad tē sībilābō.
Illā nocte
[Sībilus]
Bacchus exspectat

Satis diū morātus es!
Eāmus, ō Bacche!
Brevī...
Audī, ō Thōmā! Venit aliquis. Nōnne diabolus post animam Horātiī Villelmī? Potesne precārī?
Cōnābor! In pāce in idipsum dormiam...
Aspice! Nam nōn sunt diabolī! Ille Matthæus Figulus est!
Qui iterum ēbrius et medicus dē Rōbertō atque Jōsēphus Indus cum eō! Dē quōnam acerbē disputant?
Utinam audīrēmus eōs! Etenim vidētur magnus tumultus esse!
Medicus dē Rōbertō stultus est qui Jōsēphō Indō adversātur!
Per Jovem, ō Thōmā! Medicus ictū ūnō dējēcit Jōsēphum Indum.

Nunc Matthæus ratiōnem prō Jōsēphō Indō reddere cōnātur!
Matthæus, quī circā urbem semper titubat, nōn diū stābit.
Hercle, ille medicus leō ‘st!
Ō!
Ō Thōmā, vīdistīne?
Miser medicus dē Rōbertō mortuus est, Jōsēphus Indus autem eum occīdit, sīcā in manū Matthæī positā.

Post paulō venit Matthæus Figulus ut...



Nūllō indigeō!
Sed nunc tamen duplicī indigēs! Aperī ōs!
Ō mātertera Miryam, quōmodo iste dormiēns nūgās loquēbātur! Quī enim iterum iterumque dīcēbat: nōn nārrābō! Quid vērō?
Ō!
Nunc autem respīrāns sūmēs hoc alterum cochleāre! Cūrā ut sūmās!
Ut sūmās!
Nōlī, Petre, hoc rogāre, nisi quod vērō cupis. Estō ergō. Tamen, nisi tibi placuerit, tēipsum reprehende!
Ō Thōmā, quid fēlēs patitur?
Sīc semper faciunt fēlēs gaudentēs.
MEOOOOOOW!
Mox autem...
Heu! Dionȳsium nōn verberās, cum saccharon abstulerit!
Neque tam ēnecat quemquam Dionȳsius quam tū!

Ō Thōmā, pulchram patinam meam!
Mātertera Miryām, nōlī Thōmān pūnīre! Nam Dionȳsius culpandus!
Nōn vāpulāvit perperam, meā sententiā! Quī etiam facinora audāciæ plūrima impūnītē fēcit!
Salvē, ō Jōsēph. Sī submergar, tunc vērō mātertera mea Miryām tristētur.
Et tū labōrās? Mihi autem calceāmenta ista induenda fuērunt aut māter mē verberāsset.
Hæc indolōrī mē concremat, illa pedēs tuōs calceāmentīs premit. Itaque quīvīs abigitur.
Hoc potius faciam!
Itane? Etenim eāmus per tōtum mundum! Bacchus Finnus nōs assequātur, ipsī autem rate ejus ūtentēs pīrātæ fīāmus! Mediā enim nocte solvēmus, sī vērō fugere vīs!
Aderō, ō Thōmā! Cūrā ut cibum ferās!
Postrīdiē...
Ego sum nauclērus Maurīlius, luscus pīrāta Mississippiī. Tū autem nisi thēsaurum effōderis, nōnne sēditiōsus?
Ō, jam deciēs per tabulam nāvis ambulāvī! Ideō mē tædet sēditiōnum!

Tū quippe pīrāta piger es. Recēdēns ergō in alteram īnsulæ partem vītam in agrō agās. Ō Vindex Niger, impinge nāvem!
Hoc agō, nauclēre Maurīlī!

Paulō post.
BOOOM!
Favēte, adeste æquō animō!
Tonitrus!


Minimē, sed aliquis submersus est. Ergō ex tormentō prōjiciunt super aquam. Quod facit ut corpus ēmergat.

Hercle, aurum dem ut submersum cognōscam quis sit!
Fierī nōn potest quīn aliquis sit. Numquam enim vīdī tot scaphās extrā simul esse.
BOOM!

Mox autem..
Hīc nihil invenīmus! Nam secundō flūmine nōbīs quærendī sunt!
Quī scīs eōs in īnferiōre parte flūminis esse?
BOOOM!


Ō cucurbita! Nōnne illīc invenērunt calceāmenta ā miserō Jōsēphīnō Fidicene relicta?

Ecce nōs iī submersī!
Pōnisne eōs vērō habēre mē submersum?
Scīlicet! Nōnne gaudēs?
Ut coniciō, opīnābar autem mātrem meam forte sollicitārī.
Nōnne māter tua calceātum tē fēcit?
Profectō! Sī autem ipsa pejus valeat, forsan mihi domum abeundum.
BOOOM!
Vah! Nōnne ambō vultis domum abīre?
Nōn ego! Neque per X vel fortasse XX annōs! Nam imperātor factus tunc domum ībō cum gladiō et præmiīs et fortasse crūre āmissō.
Illā nocte...
Ō, dom. Fidicina, numquam posteā vidēre puerōs nostrōs!
Spem nōn dīmīsī antequam ultima scapha ingressa est. Utinam calceātum eum nōn fēcissem. Ō miser!
Nōnne culpa est Thōmæ tota?
Ō Dionȳsī, nē quidquam dīxerīs contrā meum Thōmām nunc absentis!

Amīcī, hīc congregātī sumus ut trēs bonōs puerōs suprēmīs laudibus celebrēmus. Quam obœdientem probumque sē præbēbat Jōsēphus Fidicen, quī semper auxiliābātur sōlāciumque grātæ mātrī dīcēbat!
Et Thōmās Serrārius! Nōn dīcam quam dīligenter ille rēs domesticās sibi statūtās cūrāvit.
Heu!
Puerī latent, nōn autem multīs diēbus post...
Novissimus autem, haud quāquam minimus, adulēscēns nōbīs cārus factus, īnfēlīx sed suāvis nothus, cui nōmen Hyacinthus Finnus! Quam virīliter impedīmenta ortūs superāvit! Quam præclārē grātiā sibi conciliātā bonus cīvis factus est!
Nunc autem, heu, trēs flōrentēs pūberēs, Acherontem trānsgressī, campōs Ēlysiōs incessērunt! Jam enim proficīscuntur...
...proficīscuntur in...
Thōmā, ō Thōmā!


Brevī posteā...
Novī mē inīquē efūgisse simulantem tibi nōs sumbersōs esse, appāruistī autem in somnīs mihi.
In somnīs vērō! Æque ac fēlī!
Appāruistī enim mihi sedēns in porticū cum Dom. Fidicinā et Dionȳsō. Quī ait meā culpā nōs submersōs esse.
Ait enim- vērō!
Deinde silentium eī imperāstī! Posteā vexāta appāruistī mihi in somniīs tē ipsam sōpīre.
Nōlī dīcere mihi somnia nihil esse. Prīmō quoque tempore Serēna Fidicina hoc audiet.
Quid hōc levius? Somnium sine ūllō quidem errātō! Heu!
Post paulō
Ō Thōmā, quī hoc fēcistī? Nam ego quidem ad Serēnam abeō somnium garriēns, quæ autem ā Joseph audīvit tē prīōre nocte adfuisse!
Malevolus nōn fuī! Nam illā nocte vēnī ut tibi nūntiārem nōs submersōs nōn esse.
Maximī quidem facerem mē id crēdere, fierī autem nequit. Mihi enim nōn dīxistī!
Concēdō. Cum autem dē fūnere audīssem, cōgitāvī quam suāve esset sī ipse adfutūrus essem. Tunc ideō corticem in sacculum reposuī.


Tū mē ōsculātus es!
Ō Thōmā, aliquandō alicui admīrātiōnem movēs!
Utinam experrēcta essēs cum tē ōsculārer. Et profectō!
Posteā...
Ō Thōmā, comprehēnsus est Matthæus Figulus!
Hoc sciō, Bacche! Quid faciēmus? Nam Jōsēphus Indus cōram quæsītōre testātus est ā Matthæō Medicum dē Rōbertō interfectum esse. Ideō Matthæum innocentem suspendent!
Quid agere possumus? Nōnne jūrāvimus? Etenim sī verbum faciāmus, dēmortuī in viā tābēscāmus!
Suspicor nōbīs tacendum esse!
Illō diē in basilicā...
Quid renūntiās, ō quæsītor?
Mors ēvēnit propter vulnus in cor incīsum et cultrō īnflīctum!
Et sequēns testis testātur...
Persuāsum mē habeō illum cultrum Figulī esse. Oportet enim mē scīre quī vēndidī. Ēn litteræ ejus in manūbriō!
Vocā Jōsēphum Indum!
Ō miser Matthæus, mihi Bacchōque amīcus! Fierī nōn potest quīn eum crās damnātūrī sint, nisi...

Postrīdiē mānе...
Ō jūdex, habēmus nunc testem prō reō! Vocā Thōmām Serrārium!
Num Thōmās?
Statim jūrat Thōmās...
Ērāsne prope sepulcrētum nocte septimā decimā Jūniī?
Ēram, domine! Ferēbāmus enim illūc fēlem mortuam quā verrūcæ cūrārentur.
Fēlem mortuam! Ō jūdex, num permittendæ tālēs nūgæ puerīlēs?
Ō jūdex, probēmus ita rem sē habēre. Prōferēmus enim ossa fēlis illīus. Tū autem, ō Thōmā, quid vīdistī?
Pugnam vīdimus. Ubī Matthæus ā medicō dē Rōbertō dējēctus est. Medicum autem nōn interfēcit.
Quis ergō eum interfēcit?
Quī eum interfēcit est...
Dīc nōbīs, ō Thōmā!
Jōsēphus Indus!


THUDD!
Tenēte eum!
Præfecte!
Duōbus diēbus post.
Ō Thōmā, etiam nunc ades?
Ō Bacche, nōn oportet tē quot hōrā in mē īnspicere ut videās num adhūc vīvam!
Esto, nōn autem tacuistī. Nōbīs ergō jūrātis, paulum mīror tē vīvum esse.
Sī Jōsēphus Indus mē invēnerit antequam præfectus eum inveniat, perībō, per Jovem!
Dominicā illā...
Bene, ō puerī! Cēreīs accēnsīs, specum introībimus! Nōlīte autem abīre ē cōnspectū introitūs!

Iō, ō Thōmā! Licetne mihi tē sequī?
Prōrsus, ō Rebecca!
Ō Thōmā, mē Dionȳsiumque opperīre!
Festīnā, ō Rebecca, aut nōs comprehendent!
Subter sequere et nōn made-fīēs!
Ō Thōmā!
Nunc Amāta numquam nōs inveniet!
Ō, nōnne lepida ista? Nam similia Arcadiæ!
Mihi persuādeō ulteriōra et lepidiōra esse! Agedum!

Nūllus vespertīliiō hīc!
Deō grātiās! Viamne hinc invenīre poterimus?
Maximē, ō Rebecca. Hæc est via!
Intereā...
Festīnāte, ō puerī,in plaustra! Nam tempus redeundī est.
Alibī...
Nōn meminī mē hāc venīsse, ō Thōmā.
Suspicor viam nōbīs signandam fuisse, persuāsum autem mē habeō nōs bene īre.
Diū ambulāmus!
Paulō enim longius et exībimus!
Ō Thōmā, iterum solium rēgāle!
Necesse est nōs circumīvisse! Errāvimus!

Nē timeās, Rebecca!
Nōn timeō cum mē cum sīs, ō Thōmā! Timērem vērō sī cum aliō puerō præter tē essem!
Brevī...
Ubi est Thōmās quī abest ab utrōque plaustrō? Nec Rebeccam Strāmentāriam videō!
Papæ! Quis novissimus eōs vīdit?
Ego, ut opīnor. Nam in specū erant.
Errāvērunt in specū! Ferte auxilium!
Posteā...
Saxa moventur! Dēscende, ego autem ea sustinēbō!
RRRUMP E!
! THUMP! THUMP! TH
Brevī posteā...
Vestīgia!
Vērum tamen ruīna eōs abscīdit. Longō tempore opus ad perfodiendum!

Ō Thōmā, ligna pereunt, cēreus autem pæne dēfēcit!
Accipe meum! Ego autem iterum cōnābor!
Heu mihi, ō Thōmā. Nē dērelinquās mē, tē ōrō!
Sed mihi eundum! Opus est nōbīs aliquid facere. Cane, Rebecca! Nec sōlitūdine mærēbis!
Avēs teneræ, quibus domūs in arbore, sī canant ...
Nōn facile tentandō prōficiscor, credō autem mē nōndum hanc expertum esse!
Heus, heus!
Heu mihi!

Curre! Nam meritō curris! Nunc autem pār parī ad tē referō, quia mē cōram jūdicēs arguistī!
Et dum hīc lateō, thēsaurum Maurīliī reperī! Cavē nē cui dicās dē hōc priusquam cum thēsaurō discesserō!
Nēminī dīcam tē hīc adesse! Et profectō!
Nōn vidētur posse illinc suō Mārte exīre!
YEOOW!
Lūx! Salvī factī sumus! Lūx diurna!

Posteā...
...et vērō hic puer fortis, in tætrās tenebrās reversus, Rebeccam nostram extulit! Quod nōn sānē quīvīs puer fēcisset. Solus enim Thōmās– Ubī est Thōmās?
Vīdī eum clam sē subdūcentem cum Bacchō Finnō et præfectō.
Ēcastor! Quid vērō puer facit?
Comprehendērunt Jōsēphum Indum!
Quod est majus, Thōmās et Bacchus dīvitēs sunt, thēsaurō Maurīliī inventō!
Jām aliquandō vīdistī tantum aurum?
Ō Dionȳsī, tibi aliquid ā specū tulī.
Mamma tibi convīvium īnstruit, ō Thōmā! Præbētur vērō placenta ē frāgīs! Mementō autem pactum nūptiāle nostrum!
Mātertera Miryam, mātertera Miryam!
Nam Thōmās aliquandō fīat etiam præses, nisi prius eum suspendant!